

illis, sicut boni sectando virtutem meliores effecti, non cogantur cum illis perire. Quod qui facere differunt, ignoscendo malis bonos perditum eunt, ut docet Salust. in fugur. & nocentes absolvendo, innocentes exitio tradunt, juxta sententiam D. Ambros. lib. 1. de offic. & plura alia, quae ad hoc expendant Joan. Nevizan. in Sylva nupt. lib. 1. a num. 71. Guillelm. Benedict. in c. Raynuntius de testament. verb. Mortuo, el. 1. & Ego in meo tract. de crim. par. vic. lib. 1. c. 1. Ac praeterea incidunt in suspicionem, quam Salvian. lib. 7. de gubernat. Dei, his verbis eleganter exponit: Potestas quippe magna, & potentissima, quae inhibere scelus maximum potest, quasi probat, debere fieri, si sciens patitur perpetrari. De qua etiam loquitur text. in c. consentire 83. distinct. c. ult. 23. q. 3. cap. praeterea 23. q. 8. Casiodor. lib. 5. var. epist. 39. & Julius Caesar. Roman. in libello de regimine Princip. c. 7. pag. 61.

CAPUT XVI.

De septimo titulo, qui ex causa praedicanda, & propaganda Christianae Religionis desumitur, & de Auctoribus, & argumentis quibus Indorum, & aliorum infidelium debellatio hoc praetextu facta probatur.

SUMMARIUM.

- 1 Fides propaganda causa infidelibus bellum indicii posse multi opinantur, quorum dicta sigillatim expendantur.
2 Indi, ex doctrina Joan. Majoris & aliorum, prius comprimendi sunt, ut fides inter eos seminari possit.
3 Fides, & Religio introducenda negotium non ubique eodem modo tractandum.
4 Barbaris ex sententia Alphonsi a Castro juste bellum inferitur, si sufficienter moniti suos errores non deponant.
5 Armis non debet sapiens uti, nisi cum alia remedia non proficiant.
6 Monitio, & suasio blanda punitionem praecedere debet.
7 Remediis severioribus uti non debet Princeps, nisi prius alia tentaverit, ex Seneca, & aliis.
8 Monitio canonica praecedens, justificat excommunicationem sequentem.
9 Reges Catholici summo studio curarunt, & curant ut Indi prius monentur, quam puniantur.
10 Protestatio, seu requisitio, quae ordinata fuit ad Indos ad fidem suadendos, & quod ejus auctor fuit Doct. de Palacios Rubios.
11 Ecclesia, & ejus alumni possunt, & debent fidem per totum orbem disseminare.
12 Christi praecipuum, de Fide ubique praedicanda, quomodo implendum sit.
13 Verbum Domini non esse alligatum, quo sensu scribat D. Paulus.
14 Evangelium, & Ecclesia per omnem orbem dilatationem, multi ex Prophetis annuntiarunt.
15 Fidei ingens, & indesinens propagatio est unum ex signis verae Ecclesiae Dei.
16 Fidem inter Indos quantumvis barbaros, & remotos esse dilatandam, multis vaticiniis praedictum fuit.
17 Infideles non minus obligati sunt ad fidem sibi propositam accipiendam, quam fideles ad eam praedicandam, & extendendam.
18 Fides est medium simpliciter necessarium ad salutem animarum.

- 19 Infidelitatis peccatum gravissimum est, & quare.
20 Fides non potest a Christianis extendi, nec ab infidelibus audiri, nisi plures Praedicatores ad hoc mittantur, sufficienti auxilio muniti.
21 D. Pauli locus ad Rom. 10. expenditur.
22 Infideles, qui nihil de vera fide audierunt, qualiter excusentur.
23 Reges Hispaniae, & eorum vassalli magnam laudem merentur ob curam dilatandae Fidei Catholicae per Novum Orbem.
24 Principes sunt ministri, & vindicet Dei contra eos, qui male agunt, vel ejus nomen, & fidem recipere nolunt.
25 Bellum jure moveri potest contra eos, qui suis Principibus non obediunt, & multo magis contra rebelles Deo.
26 Causa Dei non debet esse pejoris conditionis, quam hominum.
27 Deo proximus ille habetur, qui ejus Majestatem vindicat.
28 Malis qui puniunt, & percussit in eo, quod mali sunt, Deo gratissimus est.
29 Cap. si Ecclesia, cap. duo ista 23. q. 4. & cap. quod sicut de elect. explicantur.
30 Caritas est proprium Christianorum bonum.
31 Animarum convertendarum zelus Deo gratissimus est, & in quibus potissimum eminare debet.
32 Isaiae locus cap. 24. vers. 27. exponitur.
33 Deum in doctrinis & in Insulis maris glorificat, qui fidem per varias, & remotas Orbis plagas extendit.
34 D. Chrysostomi verba expendantur, quibus super omnia curandum esse infidelium conversionem enixe suadet, Et num. 36.
35 Christus ascendens in caelum, praecipuum propagandi Evangelii tanquam ultimum, & omnino servandum, & implendum Apostolis injunxit.
36 Divi Chrysostomi confirmatio.
37 Testatorum morientium ultima verba, fideicommissa vocantur, & magis haeredes obligare videntur.
38 Fideicommissa, & commendationesque morientium, naturali jure, & pudore implementum postulant.
39 S. Franciscus Xaverius quam anxie pro fide propaganda, & animabus Indorum convertendis laboraverit, & laborari ab omnibus debere, censuerit.
40 Infideles convertendi cura praecipue tangit Romanum Pontificem, & Christianos Reges ac Principes.
41 Regum Christianorum summam sollicitudinem in dilatatione, & exaltatione cultus divini collocat Dio. Augustinus.
42 Reges Catholici Hispaniae non tantum ex caritate, sed ex obligatione justitiae tenentur fidem inter Indos pro viribus propagare, & conservare.
43 Fides, & Religio Christiana inter Indos, ob varias rationes, sine aliquo militari apparatu, & terrore, praedicari & conservari potuisse, non videtur.
44 Alexand. VI. R. P. Bulla concessionis Indiarum, earundem debellationem, & acquisitionem permittit, ad meliorem fidei praedicationem, & propagationem.
45 Indos non aliter potuisse ad fidem converti, quam si prius domarentur, & debellarentur, multi auctores expressè testantur.
46 Hispanos excusat Thomas Bocius, & Calistus Ramirez, quod aliquando in Indos se invicem, quoniam ob feritatem eorum, aliter ad fidem, & meliorem videndi normam reduci non poterant. Et num. 49.
47 Religionis negotium non est omnibus temporibus, & locis eodem modo tractandum.
48 Joan. Boterus quid sentiat de ingenio Indorum, & de modo praedicationis, & conversionis eorum.
49 In eo, quod Novus Orbis fuerit sub unius principis potestate, divina dispositio agnoscitur.
50 Novi Orbis acquisitionem divina providentia per Hispaniae Reges factam agnoscit Benzonius, quoniam Indi aliter ad Evangelium doctrinam disponi non possent.

- 51 Cura cui competit de spiritualibus, temporalia, quae ad ea ordinantur, disponere potest.
52 Potestas, ad quam pertinet finis, potest etiam curare, & disponere de mediis.
53 Consequenti concessio tam in spiritualibus, quam in temporalibus actionibus, ea omnia concessa videntur, sine quibus ad illud perveniri non potest.
54 Finem ad aliquid, quae sunt instituta, secundum ea, quae ille exigit, ordinari & extendi debent.
55 Finis prior est intentione, & intellectione, licet posterior in executione.
56 Fine adeptio non est multum curandum de mediis ad illum requisitis.
57 Architectus qualiter se habeat in domus dispositione, & constructione.
58 Reges nostri ad modum Architecti omnia necessaria ad Indorum meliorem conversionem disponunt.
59 Religionis observatio, & amplificatio est summum hominum bonum, & Regorum fulcrum, & praecipua Regum, & Imperatorum cura, Et num. 61.
60 Theodosius Imper. Religionis curam, & augmentum sibi suis moriens praeeuntem commendavit.
61 Novella Theod. & Valent. notabilia verba expendantur.
62 Romani ob curam, & cultum religionis ad summum tanti Imperii fastigium pervenisse dicuntur.
63 Bella, quae Reges religionis tuende, aut propagandae causa suscipiunt, valde pia, & laudabilia judicantur.
64 Guillelm. Benedict. notabilia verba referuntur de laude bellorum contra infideles, & idololatrias.
65 Urbano II. R. P. orationem pro bello contra infideles habente, audita fuit vox de caelo, quae illud approbavit.
66 Reges potenter, potenter fidem introducere debent.
67 Bellum pro fide, aut contra excommunicatos, qualiter fieri posse dicit Franc. Arias.
68 D. Joan. Bapt. Valenzuela in explicatione loci Cicerois, de bello pro fide suscipiendo, notatur.
69 Fides solum apud Christianos pro religione accipitur, proprie tamen fadera, & aliorum, promissorumque constantiam significat.
70 Romani fadera, & conventiones etiam cum hostibus initas religiosissime observabant.
71 Justus Lipsius indistincte probare videtur bellum, quod inferitur Barbaris a nostra religione abhorrentur.
72 Reges divinae potentiae famulari debent ad Dei cultum maxime dilatandum, ex Valerio, & D. August. Caesarem circa religionem extendendam, & peregrinarum religionum sectatores debellandos.
73 Religionem propriam defendere, & pro ea contra alias bella suscipere, communis omnium gentium natura, & conditio esse videtur Cicero, cujus verba referuntur.
74 D. Eulogii testimonium de pietate bellorum contra impios, & infideles expenditur.
75 Justinianus Imperator se ipsum laudat ob bella, quae pro religione amplianda suscepit.
76 Lex 2. tit. 23. part. 2. primam causam justae belli in eo constituit, quod pro amplianda fide, & religione suscipitur.
77 Cap. si non ex fidei 23. q. 4. expenditur, ubi Dio. Gregor. valde commendat bella a Gennadio pro religione dilatanda suscepta.
78 Gennadius Exarchus Africae quis fuerit, quo tempore vixerit, & qualiter sapiens a D. Gregorio laudari meruerit.
79 Cap. dispar. 23. q. 8. inducitur, & expenditur pro justitia belli contra infideles, qui fidem sibi praedicatam recipere nolunt.
80 Ecclesia hodie, eam majorem potestatem, & auctoritatem habet, quam olim, majori etiam vi contra infideles procedere potest, Et num. 90.
81 Finis seculorum, de quibus D. Paulus agit 1. Corinth. 10. jam deveniunt.
82 Praedicatores nostri temporis cur in virtutibus, &

- miraculis non sint parvis potentia cum antiquis.
84 Cap. si Ecclesia, cap. non invenitur, cap. displicet 23. quest. 4. in quibus D. Augustinus agit de differentia status & potestatis Ecclesiae, ponderantur, & illustrantur, & num. sequentibus.
85 Nabuchodonosoris historia, duo tempora Ecclesiae designat, secundam D. August.
86 Ecclesia hodie, quia majores vires habet, non tolerat ritus infidelium, quos olim tolerabat.
87 Apostolorum tempore sola patientia, & humilitate voluit Christus mundum convertere.
88 Pontificis Romani olim sub Ethnici Imperatoribus constituti potestate sua plene non utebantur.
89 Patria Suaeva verba referuntur.
90 Hereticos, & Schismaticos hodie flammis, & aliis suppliciiis punit Ecclesia, cum olim communionem privaret.
91 Communionis Sacramentalis privatio, quae poena olim esse remissiva.
92 Temporibus suis omnia conveniunt, & secundam eorum varietatem statuta quoque humana varianda, & accommodanda sunt.
93 Evangelium ipsum secundam differentiam temporum varia praecipua delectis circa conversionem infidelium.
94 Parabola Evangelii Lucae 14. de patre familias, non solum vocantis, sed etiam compellentis, designat coactionem, qua Ecclesia hodie uti potest in conversione infidelium.
95 Cap. displicet 23. quest. 4. & cap. 1. 23. quest. 6. expendantur.
96 Gentes qualiter Deus vocaverit ad Ecclesiam, ex sententia Thom. Bocii, & aliorum.
97 Indorum, & aliorum Barbarorum conversio, quia aliqua coactione eget, refertur ad tertiam legationem Parabola D. Lucae, Et num. 100.
98 Mag. Fr. Lud. Legionensis qualiter exponat tres vocaciones, seu legationes Parabola D. Lucae.
99 Sequitur expositio.
100 D. Paul. ad Ecclesiam Dei venire coactus est, plus ceteri in ea profuit.
101 Cap. quis nos 23. quest. 4. cap. 1. 23. quest. 6. cap. displicet 24. quest. 4. ubi D. August. agit de coactione D. Pauli. perpenduntur, & exarantur.
102 Conversio ad fidem, sive Fidei receptio per aliquam vim indirectam, vel coactionem elicitam, non est reprobanda.
103 Cap. vides 23. q. 6. c. quid faciet 23. q. 4. & alia similia expendantur.
104 Rationis forma in vi appetitiva solet imprimi ex actibus voluntariis.
105 Infideles gravioribus tributis, & pensionibus onerari possunt, ut ad fidem alliciantur.
106 Conversio infidelium per vim causatam facta magnum fructum saltem in eorum filiis, & posteris operabitur, qui voluntarie fidem recipiunt.
107 Constantinus, & alii Imperatores pluribus praemiis, & panis infideles ad fidem profitendam adduxerunt.
108 Leges, quibus Imperatores Romani hereticos, & infideles ad fidem adigebant, B. August. valde commendat.
109 Carolus Magnus plura bella movit adversus infideles idololatrias, horum Hadriani R. Pontificis.
110 Justinianus Imperator Paganos, & hereticos, ex suo Imperio ejecit.
111 Judaeos qualiter Sisebutus Rex Hispaniae, & Dagobertus Galliae, & plures alii Reges a suis regnis, si baptizari nolent, ejecerint.
112 Judaeos a suis regnis non tantum Reges Christiani, verum & Tiberius Imper. exulare iussit.
113 Hispaniae Reges olim peculiare juramentum praestabant, de Judaeis in suis regnis non permitendis.
114 Concilium Toletanum, quod induxit juramentum de Judaeis expellendis, a multis laudatur.
115 Reges Catholici Hispaniae Ferdinandus & Elizabeth, & Emmanuel Lusitanis, qualiter Judaeos, & Mauros a suis regnis ejecerint.

117 Bajaces Turcarum Impiquialiter succenerit expulsi-
sionem Judaeorum per Reges Catholicos factam.

Septimum quidem titulum ad debellationem, & acquisitionem hujus Novi Orbis justius adhuc, & efficacius nostris Regibus asserendam; ex eo alii sumere solent, quod ubi ejus notitiam habere coeperunt, & gentium, quae ibidem sub demonis mancipio, & caeca tot errorum caligine pererrabant, debuerunt utique totis nervis intendere, ut Christiana, & Catholica fides, atque religio, ad eundem Orbem, quantumvis dissitum, & remotum, extenderetur; quoslibet barbaros infideles, qui illam recipere nolent, compertis severitate compescere, quosque ad Christi caulas adigerentur, & sacro baptismate perlustrati, sanctae Romanae Ecclesiae dominium agnoscerent, summoque ejus Pontifici Christi in terris Vicario, debitam obedientiam praestarent.

Quam opinionem prater Hostiensem, & plurimos alios, quos supra c. 10. n. 2. retulimus, qui generaliter docent, omnes infideles debellari, & bonis suis spoliari posse, ob id solum, quod infideles sint, & dominium, ac jurisdictionem Ecclesiae Romanae non recognoscant. Magis specificae in terminis nostrae quaestiones sequi videtur Lucas de Penna in l. unica, C. ut armor. usus, vers. Est ergo justissima, lib. 11. & in l. devotissimos, C. de Metat. & Epidemit. lib. 12. ubi inter septem causas justae belli, quas late prosequitur, eam primo loco constituit, ubi propaganda Fidei Christianae zelo fundatur. Quod & facit, & eximie in Regibus Christianis commendat Guillel. Bened. in c. R. synodus, verb. Duas habens filias, n. 112. fol. 21. de testam.

Et idem aptius & enixius, de nostris hisce Indis specialiter agens, tuetur Joan. Major. in 2. Sent. distinct. 44. q. 3. docens, barbariam & feritatem eorum exigere, ut prius aliquo modo comprimerentur, & Regibus, quibus antea patebant, privarentur, ut sic postea Christianorum moribus assuescerent, & Verbi Divini praedicatoribus facilis ac securus inter eos versari possent, & comparata linguarum peritia suum munus implere.

Qua auctoritate, & ratione suffulti, eandem sententiam probant Gines. Sepulveda in Apolog. ad Episcop. Segoviens. fundam. 3. & in respons. ad Episcop. de Chiapa. Pet. Malferit. in saepe allegato consil. 769. apud Mandellum lib. 4. ex numer. 79. usque ad 92. Marquard. in tract. de Jud. & Infidel. 1. p. c. 14. vers. Non obstat; ubi expressè tradunt ultimis hisce Ecclesiae temporibus licitum fuisse, & esse, ob Fidem praedicandam, & propagandam, Indis & aliis infidelibus bellum inferre, & regna ita debellata ab infidelibus occupari.

Neque abest Gregor. Lupus in l. 2. tit. 23. part. 2. gloss. magn. col. 1. & sequentibus. ubi cum D. Thom. & aliis quaestionem ad partes examinans, in hanc ferè inclinare videtur, prout & facit Hieronim. Cevallos in pract. comm. 2. p. quaest. 735. n. 28. ubi relatis verbis Joan. Major. & aliis Josephi Anglesii, quae ipse considerat, defendi posse inquit titulum, & dominium, quod ab antiquo obtinuerunt Reges nostri Hispaniae in Regnis Indorum ex eo quod illos reduxerunt ad Fidem

Catholicam. Et idem tradit in 4. p. quaest. ultim. n. 114. licet postea in id disputationem adducat, ex n. 168.

Possunt quoque pro ejusdem opinionis patrocinio laudari eruditissimus Thomas Bocius de sig. Eccles. Dei, lib. 7. c. 5. & lib. 10. cap. 13. & 14. Joseph. Acosta lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 8. & 9. & 12. Ant. Posevin. 1. tom. Biblioth. lib. 9. c. 15. & 24. pag. 402. Fr. Lud. Legionens. in comment. super Cantic. c. 8. pag. 431. Joann. Boter. in relat. univers. p. 4. lib. 3. pag. 55. 56. & 71. cum sequentibus. Fr. Thom. à Jesu lib. 2. de procur. omn. gent. salut. c. 8. pag. 55. & lib. 4. p. 1. c. 1. Anton. de Herrera in hist. gen. Ind. decal. 1. lib. 2. c. 4. Fr. Anton. de S. Roman. in histor. Ind. Orient. lib. 4. c. 16. Calist. Ramirez in tract. de lege Regia, §. 32. num. 6. pag. 356. Ludovic. Cabrera in vita Philippi II. lib. 7. c. 8. pag. 420. Quibus in locis serio affirmant, Fidei & Religionis ampliandae, & introducendae negotium, non utique eodem modo tractandum, ac propterea cum Barbaris istis ferro, & virgis interdum agi potuisse, & debuisse, ut prius se esse homines discerent, & postea praedicatam sibi Evangelicam veritatis lucem admitterent.

Eisdem etiam assentiri videtur Alphons. à Castro lib. 2. de juxta haret. punct. c. 14. fol. 127. Ubi ejusmodi bellum justum esse tradit, si Barbari isti, prius moniti, ut falsorum Deorum cultum deserant, & Deum verum, qui est cunctorum creator & Receptor, adorent, id facere noluerint, nec talibus monitionibus obtemperaverint, sed obstinati in suo errore persisterint, & praesertim si Verbi Dei praedicationem impediunt.

Sub qua cautione reliqui etiam Auctores supra relati accipiendi sunt, ut & sup. c. praeced. ex n. 13. tetigimus. Nam ut recte Terent. scripsit: Omnia prius expediri verbis, quam armis sapientem docet. Et secundum Cicero. lib. 1. de offic. Cum sint duo genera decernendi unum per disputationem, alterum per vim; cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. Quod respiciens Theodor. Rex apud Casiod. lib. 4. 6. epist. 29. ad nimiam distractionem Principes, & Magistratus processuros non esse dicebat. Quam lenis patientiam non praecedat, quia non habet veniae locum, qui delinquit admonitus; & Senec. lib. 1. de Clem. c. 14. relatus ab Annæo Rober. lib. 2. ver. judic. c. 9. Principes, ut parentes, non prius verberibus, quam verbis, & blandis suasionibus uti debere, his elegantissimis verbis scribit: Nunc numquid aliquis sanus filium à prima offensa exhereditat? Nisi magne, & multa injuria patientiam evincerint: nisi plus est quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium stylum. Multa autem tentat, quibus dubiam indolem, & pejori loco jam positam, revocet, simul deplorata est, ultima experitur. Nemo ad supplicia exigenda pervenit, nisi qui remedia consumpsit. Hoc quod parenti etiam Principi faciendum est, quem appellamus patriam patrem, non adulatione vana adducti.

Et inde dicimus, quod Canonica monitio praecedens, & justificat prolationem excommunicacionis sequentis, cap. omnes decima 16. q. 8. cap. de presbyterorum 17. q. 3. cap. illicita 24. q. 3. & statutum de sentent. excommunic. in 6. cum aliis, quae

quae late adducit Joan. de Lign. in tract. de censur. Eccl. §. 24. n. 4. Covarr. in cap. Alma mater, 1. part. relect. §. 9. num. 4. & 7. Paul. Borgas. in tract. de irregular. 6. p. q. 8. n. 3. & 7. Gregor. Sayrus de censur. lib. 1. c. 12. per totum. Beltran. à Guevara in propugnaculo contra Venet. assert. 2. §. 3. ex num. 1. & Molin. de just. & jur. disp. 29. col. 147.

9 Neque hoc latuit Pissimos, & Catholicissimos Hispania nostrae Reges, qui semper summa cura, & studio Ducibus, quos ad has expeditiones mittebant, hunc modum procedendi in Indorum conversionibus injunxerunt, & specialem hujus monitionis, sive requisitionis formulam scribi mandarunt; cujus scripturam infra cap. 24. subiungimus, & extat apud Ant. de Herrera in hist. gen. Ind. decal. 1. lib. 7. c. 14. pag. 249. qui refert, eam ab insigni illo sui temporis Doctore Joan. de Palac. Rubios ordinatam fuisse, ead. decal. 1. lib. 10. c. 17. pag. 348.

Pro qua sententia primo considerari potest, certissimum, & vulgatissimum esse, & apud Ecclesiam, & ejus alumnos, non solum jus, & potestatem esse, Fidei per universum orbem praedicandae, & disseminandae, verum praecisam quoque hujus muneris obediunt necessitatem, & obligationem reperiri, cum aliter Christi verbum impleri non possit; qui omnes homines salvos fieri cupiens, & unum esse, atque in unum ovile reduci, ad omnes quoque, suae lucis radios perventuros significavit, & ubique terrarum Evangelium suum praedicari mandavit, ut constat Joan. 7. & 10. Matthaei 24. & ult. Marci ult. Act. 1. 2. Petr. 3. Paul. 1. Corinth. 5. & 9. ad Ephes. & Thessal. 4.

13 1. ad Timor. 2. & 2. ubi inquit: Verbum Domini non esse alligatum. Et 1. Corinth. 10. Si non evangelizaveris, vae tibi est, necessitas enim tibi incumbit: ad hanc nimirum ejus extensionem, & 14 propagationem respiciens, quam Prophetae etiam innumeris penè locis praenuntiassè videntur, quorum aliqua recit. supra lib. 1. c. 15. & plurima alia usque ad satietatem congerunt, de hac potestate, & necessitate praedicationis, & dilatationis Fidei latissime disputant, eamque inter alia signa verae Ecclesiae Dei recensentes, D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. ubi Cajet. & alii, & in 2. Sent. dist. 41. Joan. Major dist. 44. q. 3. Ricard. & Durand. in dist. 4. Sor. dist. 5. q. unic. artic. 10. Victor. in relect. de Indis, 2. p. n. 9. Nicol. Sander. de usib. Monach. lib. 4. c. 5. ex pag. 143. & lib. 8. cap. 50. ex pag. 795. Fr. Ludov. Granat. in Symbol. Fidei 1. part. cap. 36. & 2. part. c. 13. & 4. p. cap. 11. & 5. part. cap. 1. Pat. Joan. Pined. de rebus Salomon. lib. 6. c. 20. §. 8. & seqq. & §. 19. pag. 479. Maluend. de Antichrist. lib. 3. cap. 32. Rutil. Benz. de anno Jubil. lib. 2. cap. 4. Thom. Bocius de sign. Eccles. lib. 1. cap. 3. & 5. lib. 4. cap. 3. 5. 6. & 7. lib. 7. cap. 28. lib. 17. cap. 1. & lib. 20. c. 1. 3. & 6. Balth. Chavas. de notis verae Religionis, pag. 809. 825. & 858. & novissimè post haec scripta eruditissimus Pat. Fran. Suar. in tract. de Fide disp. 18. sect. 1.

15 16 Et in nostris terminis & de praedicatione facta, & facienda Indis & aliis infidelibus, quantumvis barbaris, & remotis, Joseph. Acost. lib. 1. de procur. Ind. salut. c. 6. Ant. Posevin. in Biblioth. 1. tom. Tom. I. de Ind. jure.

lib. 9. c. 15. & seqq. pag. 398. Fr. Thom. à Jesu de procur. omn. gent. sal. in prolog. pag. 1. & 2. & lib. 11. in praefat. pag. 750. & Fr. Joan. à Torquem. in Monach. Ind. lib. 18. c. 4. & 5.

Cui necessitati, & obligationi, quae fidelibus, ut diximus, injuncta conspicitur, alia, eadem ratione, ex parte infidelium respondet, nempe, ut Catholicam nostram Fidem sibi sufficienter annuntiatam, & praedicatam, sub peccato mortali admittere, & profiteri debeant, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 1. Covar. de regul. peccatum 2. p. §. 10. n. 1. vers. Tertio licet; & Pat. Suar. d. tract. de Fide, disp. 16. sect. 1. & 2. Non est enim aliud nomen datum hominibus, in quo oportebat nos salvos fieri, ut habetur Act. 4. Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Marc. ultim. Et qui non credit jam judicatus est, Joan. 3.

Est enim Fides simpliciter medium necessarium ad salutem, ut tradit D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 3. & ibi omnes Expositores, scholastici cum Mag. in 3. Sent. distinct. 23. Sor. in 4. distinct. 5. art. 1. Fr. Lud. Granatens. in d. Symb. Fidei 2. p. c. 1. Suar. disp. 12. sect. 1. n. 2. Concil. Trid. sess. 6. c. 7. unde dicit Apostolus ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo; & D. Thom. d. art. 3. Infidelitatis peccatum esse gravissimum inter alia, quae contingunt in perversitate morum, quia directe Fidei opponitur, & tollit principium conversionis in Deum. De quo latius egimus supra hoc lib. cap. 10. & plura tradit Suarez dicit. disputat. 18. sect. 2.

Quae cum ita se habeant, & haec fides deo quaegimus, neque à fidelibus extendi, & propagari, neque ab infidelibus recipi, & admitti possit, si Ingens Praedicatorum copia, sufficientibus auxiliis fulticia ad has adeo populosas barbaras, & remotas nationes non mitteretur, & clamante Apostolo ad Roman. 10. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt; aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? quomodo verò praedicabunt, nisi mittantur, sicut scriptum est? Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, & evangelizantium bona. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi; & junctis aliis, quae de excusandis infidelibus, qui nullum omnino auditum sensibilem Fidei habuerunt, diximus supra hoc lib. c. 10. ex n. 77. & novissimè tradit P. Suarez d. tract. de Fide, disp. 17. sect. 1. n. 7. Merito laudandi, & extollendi videntur Hispaniae nostrae Pissimi Reges, eorumque fidelissimi subditi, quatenus praedicationis & extensionis Fidei Catholicae munus, & praecipuum, tot curis, laboribus, & expensis in vastissimis hujus Novi Orbis regionibus implere curarunt, & interdum ultrius armis contra eos usi sunt, qui propositam sibi Fidem audire, vel recipere contumaciter noluerunt.

Sunt enim Principes Dei ministri, & vindices in iram eis, qui male agunt, ut docet D. Paul. ad Romanos 13. Et ad eorum officium pertinet curare, & praestare, ut sicut unus est Regum & popull Rex Deus immortalis, ita nulla alia religio, & veneratio, nisi unius Dei tenenda sit, ut

præclare scripsit Laetan. Firmian. *lib. 1. divin. justit. c. 20.*

25 Quod si licitum est bellum, et quod adversus aliquam nationem movetur: ut illis Principibus obediat, & pareat: etiam si is, qui bellum movet, extraneus sit, ut dixi *supra hoc lib. c. 13. n. 42*: multo magis moveri potuisse videtur adversus barbaros, Deo vero sit annuntiato, credere & parere nolentes; cum et peiores conditionis Dei, quam hominum causa esse non debeat, ut dixi *supra c. 9. n. 33.* & egregie probat *l. 3. vers. Proinde ibi: Preferenda humanitati religio est.* C. de his qui ad Eccles. confug. Auth. Gazaros, C. de hæret. c. urgentis eodem, ibi: *Gravius est eternam quam temporalem ledere Majestatem* optimus textus in *auth. ut non luxur. contra nat. col. 6. ibi: Si enim contra homines facta blasphemie impunitæ non relinquuntur, multo magis, qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere.* Et secundum Justin. *hystor. lib. 8.* Deo et proximus ille habeatur, qui ejus Majestatem vindicaverit. Quod et Pelagius Papa scripsum reliquit in *c. de Liguribus 23. quas. 5.* & D. Hieronym. *sup. Ezechiel. lib. 3. c. 9.* relatus in *c. qui malos, eadem causa, & questio.* inquit, quod et percussit malos in eo quod mali sunt, & habens vasa interfectionis, ut occidat pessimos, minister est Domini: & D. August. in *Epistol. ad Bonifac.* dum ait: *Quomodo Reges servient Domino in timore, nisi ea, que contra jussum Domini sunt, religiosa severitate puniendo: atque peccando:* Cujus dictum 29 refertur et in *c. si Ecclesia, c. duo ista 23. quas. 4. c. quod sicut de elect. & pluribus illustrat Roland. à Valle cons. 20. q. 2. vol. 2.* Joan. Nevizand. *lib. 1. Sylve nup. n. 97. & sequentibus:* Just. Lips. *lib. 4. civil. doct. c. 2.* Elias Reuner. *lib. 1. stratag. c. 10. pag. 37.* & Joan. Baptist. Valenzuela in *discurs. stat. & bell. 2. p. consid. 2. ex n. 100. & consider. 3. ex n. 40.*

30 Quibus accedit, et quod caritas, quam proprium Christianorum bonum merito appellavit Clem. Alex. *lib. 2. Pedag. c. 1.* & Gentian. Hermet. *ibid. pag. 179.* & Pat. Suar. in *tract. de Carit. disput. 5. sect. 1. per totam.*

31 Nulla re melius, atque utilius et exerceri potest, quam in hoc animarum infidelium convertendarum zelo, qui semper Deo gratissimus fuit, et præcipue Summis Pontificibus, & Ecclesie Præsulis, Christianis Principibus, religiosisque aliis, & Apostolicis viris, & reliquis præterea fidelibus, pro captu, & statu cujusque, summo pre commendatus, ut plurimis sacre Scripturæ locis, & gravissimis Sanctorum Patrum testimoniis, & exemplis ostendunt Salmeron *tom. 12. super Act. Apostolorum tract. 38.* Suar. *de Fide, dict. disputat. 18. sect. 1. num. 5. 6. & 7.* Joseph Acosta *de procuran. Ind. salut. lib. 1. cap. 3. & 4.* Balthasar Chavas. *de notis vera Relig. ex pag. 501.* Torquemad. in *Monarch. Ind. lib. 18. cap. 4. & 5.* & copiose, & diligenter Fr. Thom. à Jesu omnino legendus *de procur. omn. gent. salut. lib. 1. c. 1. 2. 3. & 9. & lib. 2. per totum, & lib. 11. in pref. ubi specialiter de zelo, & cura convertendorum Indorum pertractat.*

32 Quibus ego adjicio et illud *Isaie 24. vers. 27. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, in*

insulis maris nomen Domini. Quibus verbis Glossa Interlineal. D. Thom. Lyra. Dionis. & alii, quos refert Gasp. Sanctius *ibid.* et admitti viros Apostolicos docent, et glorificant Deum in doctrinis, id est, docendo gentes, percurando aridam, & insulas, coelestem hanc lucem omnibus irradiant.

Idque ipsum et D. Chrysost. *hom. 4. in cap. 1. 34. epist. 1. ad Corinth. super omnia curari à nobis debere, his verbis strictè suadet: Nos, Ethnicos, muliebri, vel etiam majori ululatu deprecemur, quoniam communem salutem non intelligunt, neque enim adeo uxorem virum suum amare oportet, ut nos universonum genus humanum, idque ad salutem allicere sive Ethnicos sit, sive quovis alius.*

Et D. Aug. *serm. 6. lib. 16.* egregie considerat, hoc fuisse ultimum præceptum Christi ascendentis in caelum, & veluti testamentum scribentis, ut sic majori, & ardentiori desiderio hæredes ejus illud implere teneantur. Quod et D. etiam 36 Chrysost. *tom. 1. in 1. Canon. Joan. elegant. pro popopœja patris languentis, ac filiis aliquid commendantis exornat, & tandem ita concludit: Fratres cogitate. visceribus Christianis, si hæredibus sunt tam dulcia: tam gratia, tam magni ponderis verba patris ituri in sepulchrum, hæredibus Christi, qualia debent esse verba novissima.*

Quæ suprema, et novissimaque verba fidei 37 commissa vocantur à Tertul. *lib. ad uxorem. in primo.* & ad ea refert Plutarch. in *vita Homeri Andromache lacrymas,* quam Homerus ipse in fine Iliad. flentem super Hectoris cadaver inducit, quod moriens manus ei è lecto non porrexerit, neque aliquod prudens verbum cujus recordaretur, dixerit. Cato item Stoicus ex naturali animorum affectione testamenta, commendationesque mortuorum natas, ait, apud Tullium *3. de finibus.* Quorum implementum et vel solo naturali pudore eorum, qui rogabantur, contineri, Justin. scribit in *primo. Inst. de fid. hæred. & Senec. lib. 1. de tranquill. vite c. 11.* & alii, quos refert Claud. Chislerius *de jure fideicom. lib. 1. pag. 217.*

Sed non possum et circa piaculum præterire 39 verba illius viri Apostolicæ, etiam merito inter Divos relati, S. Francisc. Xaverii, qui, ut narrat Thom. à Jesu, ubi *supra lib. 1. c. 1. pag. 4.* Hanc mortalium salutis universalem, ac incredibilem necessitatem magna ex parte non tam in tabulis depictam, quam factis ipsis expressam, cum cognovisset, ita ad suos in Europa commemorantes scripsit: *Mibi verò persapè venit in mentem circum Europæ Academiis, ac præcipue Parisiensium, cursare, ac instans ritu vociferari, eosque qui doctrine plus habent, quam caritatis, his compellere verbis. Heis quam ingens animarum numerus, vestro vitio, exclusus cælo, deturbatur ad inferos.*

Secundo facit, et quod cum in reliquis Regibus, 40 et Principibus Christianis majora, ut diximus (post Romanum Pontificem) cura esse debeat, ut quoad possint Ecclesie Regnum amplificent, & non solum conatibus universis enitentur, ut Religionis cultus, ubi coaluit, altis mitrat radices, sed ut pretendatur eo quo forè antea nunquam pertigerat, ac deinde, ut suo labore, & industria illis, qui jacent in tenebris, & in umbra mortis, candidissimum Fidei Catholicæ lumen perferatur, ut præ-

præclare ostendit D. August. *lib. 5. de Civit. Dei, c. 24.* ubi inquit, et eos demum Christianos Reges et Imperatores esse felices, qui justè imperant, et inter honores et obsequia non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: *Quique suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, majestati ejus famulam faciunt, &c.* & alia tradens Thomas à Jesu *lib. 2. c. 8. ex pag. 53.* In et nostris tamen Catholicis Hispaniæ Regibus, ut idem Auctor ibidem observat, & P. Suar. *d. disp. 18. sect. 1. n. 7.* non caritatis tantum, sed et justitiæ obligatio concurret, cogitque ut nihil præmittere debeant, quod ad Indos Christi lucrandos, Fidemque in his vastissimis regionibus promulgandam pertineat, eo quod ab Alexandro VI. & aliis Romanæ Ecclesie Pastoribus, delatum eis, & commissum specialiter fuerit: ut hoc munus tamquam proprium & peculiare agnoscerent, & curarent, Indosque tuerentur, & de Fide per idoneos ministros instruerent, instructosque bonis, & politicis moribus informarent. Quod et cum non posset aliter effectum sortiri, quam si crebris, & magnis classibus, ingentique apparatu, & terrestribus, ac navalibus expeditionibus uterentur: tum propter immensam Oceani navigationem terrarum intervalla, gentium, & idiomatum varietates, provinciarum amplitudinem, & commerciorum difficultatem: tum etiam quia barbari, naturâ effertati, & insolentes, prædicatores parum tuto hospitio excipiebant, fœdera, atque amicitias nihil curantes, rationem quamlibet facile contemnerent, sylvaticamque, & agrestem vitam ducentes, ut dixi *supra cap. 7. ex num. 27.*

Et similiter cum Fides in tot populis recens, & tenera non posset aliter permanere, nisi nostrorum Principum patrocinio, fide potentia adversus Barbarorum & aliorum inimicorum Christi injurias defenderetur; permittendum illis utique fuit, quod militariibus interdum copiis, conversionem eorumdem infidelium disponent, & supremam eorum tuitionem, & dominationem reciperent, ut sic ad politicam, & sociabilem vivendi formam redacti, melius, & facilius Fidem sibi prædicandam audire, prædicatam recipere, receptam retinere, & inter veros Christi cultores numerari possent.

Quæ argumentandi ratio et ipsa Bullâ Alexan- 44 dri VI. efficaciter comprobatur, quæ prius expeditionem, & dominationem harum provinciarum Regibus Catholicis hac de causa concedit, & quidem repetitis, & geminatis verbis, & clausulis, quæ, ut vulgare est, majorem in qualibet re voluntatem, & deliberationem ostendunt, *l. Balista, ff. ad Trebellian.* cum latissime adductis à Catel. Cota in *memorab. jur. verb. Geminatio, & Cardinal. Tuscho in practicar. concl. jur. eodem verb.* ut constat ex tota ejusdem Bullæ decisione, quæ incipit *ita versio.* Nos igitur, & ex narratione, ibi: *Ac Barbare nationes deprimentur, & ad Fidem ipsam redeuntur, & ibi: Aliquas insulas, & terras firmas remotas, & incognitas quæverè, & invenire, ut illarum incolas, & habitantes ad colendum Redemptorem nostrum, & Fidem Catholicam profitendam reduceretis: & ibi: Terras firmas, & insulas prædictas, illarumque incolas, & habitantes, vobis divina favente cle-*

mentia subicere, & ad Fidem Catholicam reducere proposuistis. Et hanc fuisse potissimam causam bellorum, quæ in his Occidentalibus Indiis inter venerunt, rectè advertit Gregor. Lopez in *dict. l. 2. part. gloss. magn. col. 4. in princip. & in vers. Quid ergo.*

Et impossibile fuisse, et Indos ab Hispanis 45 converti, nisi prius fuissent debellati, aut aliqua vi, & terrore armorum perdomiti; quia eorum feritas, & occisiones prædicantium, & aliæ difficultates *supra* relata, aliter superari non poterant; expressè affirmat Marquard. *dict. tractat. de infidel. 1. p. c. 14. versio. Non obstat, Malferit. dict. consil. 769. ex n. 90.* Joseph. Acosta, Anton. Posev. Thom. à Jesu, & alii, quos *supra num. 2. & c. 17. ex num. 27.* citavi, & *infra c. 18. ex n. 2.* diligentius expendam. Inter quos et Thom. Bo- 46 cius *de sign. Eccles. Dei, lib. 7. cap. 5. infine.* agens de nimia caritate Catholicorum, apponit exemplum in iis, qui zelo convertendarum animarum ad has Occidentales Indias navigarunt. Et inquit, quod licet plures Indorum sint armis domiti, non tamen omnes, nam quidam Religione, & beneficiis nostrorum delinunt, ad meliorem vivendi normam concessere: *Ut mirum non sit, si cum belluis istis, humana effigie cunctis, Hispani interdum asperius egerint.* Et *lib. 10. c. 13. versio. Hinc ut legimus,* agens de effertatis gentibus, per Catholicos ad humanitatem perductis, eorumdem Indorum exemplum adducit, docens, quod belluinis factis belluas omnes superabant; & tanta erant immanitate, ut ad humanæ naturæ studia vix, & ne vix quidem ullo modo revocari possent, nisi aliquando Hispani aliqui eos suppliciis & terroribus cohibuissent, & ab hoc crimine nostram nationem excusant.

Joann. etiam Boter. in *relationibus univers. 4. part. lib. 3. ex pag. 65. ad 75.* latè in eodem argumento diffunditur, docens, et Religionis negotium non esse omnibus temporibus, & locis, sive apud omnes gentes aqua lance tractandum, apponensque exemplum in Indis hujus Novi Orbis, contra quos, inquit, et quia barbari erant, 48 & interdum bestiales, non tam miraculis, aut rationibus, & argumentis utendum fuit, prout in conversione Judæorum, Græcorum, & Romanorum contigisse videmus: sed omnino curandum, ut prius rationis, & humanitatis capaces efficerentur, procedendumque contra eos tamquam contra furiosos: *Et si debbono* (inquit) *render prima capaci di ragione è d'umanità, è poi à dottrinare, è instruire nella virtù, è nella via di Dio. Ne disconviene usare con esso loro de la forza è dell' arme, affincè si richonscobino per huomini, è poi d' annontii loro l' Evangelio. Pone eis Domine Legislatorem, à ebe sine: ut sciant, quoniam homines sunt.*

Idem novissimè et tradit Calist. Remir. in 49 *tract. de l. Regia, §. 2. n. 6. pag. 346.* relatis verbis Thom. Bocii ubi *supra* & adjiciens, initio efferas istas gentes, ferarum more viventes, instar ferarum fuisse interdum necessario tractandas: *Atque ita, inquit, fiebat, ut quos amor virtutis non poterat, saltem acerbioris supplicii metus, intra cancellos humanitatis consistere, & cohibere valeret.*

Rutil. quoque et Benzon. *de anno Jubil. lib. 1. §. 10.*

cap. 10. pag. 53. agnoscit divinam dispositionem in eo, quod Novus hic Orbis fuerit sub unius Principis potestate redactus, ut hoc modo, & majori pace, & idiomatum uniformitate populorumque hinc inde sparsim degentium coadunatione, & barbariei depositione aptius hæ gentes ad Evangelicam doctrinam disponentur, & ut per Catholicos hic Orbis acquisitus fuerit, ut evanescent conatus hæreticorum, qui illum occupare tentarunt.

50 Et aridet valde doctrina t D. Thom. lib. 3. de regimin. Princip. cap. 13. & in 2. 2. q. 40. art. 2. ad 3. & in 3. part. quest. 2. art. 4. tradentes, eum, cui cura aliqua in rebus spiritualibus commendatur, temporalia quoque, quæ ad illam ordinantur disponere posse, quia t potestas, ad quam pertinet finis, debet etiam de his, quæ ad finem pertinent, potestatem habere, & juxta provinciam sibi commissam idoneis mediis, & qualitatibus operari; ad quod probandum, allegat inter alia illud Divi Pauli 2. Corinth. 3. Idoneos nos fecit ministros novi Testamenti: t potuit allegare l. officium 12. ff. de re militari, & nobile consilium Oldrad. 161. incip. Orta materia, n. 2. in fine ubi dicit, quod Architectus de omnibus curat.

Et idem D. Thom. lib. 4. summa contra Gent. 53 cap. 74. addit, ad t Divinam liberalitatem pertinere, ut cui confertur potestas ad aliquid operandum, conferantur & ea, sine quibus hujusmodi operatio convenienter exerceri non potest.

Quod etiam nostri juris Auctores plurimis in locis constituerunt, ut constat, ex l. 2. ff. de juris. omn. jud. l. ad rem nobilem, l. ad l. atum, ff. de procur. l. 3. §. qui habet, ff. de servit. rustic. cap. prudentia, cap. preterea, & cap. suspicionis, de offic. delegat. cum mille aliis late congestis ab Everard. de locis argument. cap. a concessione consequentis, Claud. Prato Gnosceon. general. jur. lib. 3. titul. 1. cap. 2. & 4. Cardinal. Tuscho prædicar. conclus. jur. verb. Consequens, conclusion 757. Prosp. Farinac. in fragm. 1. part. verbo, Extensio, num. 229. & in nostris ferè terminis Ludov. Patano de origin. Inquis. lib. 3. quest. 1. opin. 3. ex num. 35.

54 Et inde etiam dicimus, t quod ea, quæ ad aliquem finem sunt instituta, secundum ea, quæ ille finis exigit, ordinantur, extenduntur, & contrahuntur, cap. prodest. 23. quest. 5. quem ad hoc citat Archidia. in cap. si peccaverit 2. q. 1. docet Bart. in l. ambitiosa, num. 17. & sequentibus. ff. de decretis ab ord. faciendis, ubi ait, finem t priorem esse in intentione, & intellectu, licet sit posterior in executione, & illud dici finem esse principaliter, ad quod consequendum intellectus finaliter tendit, atque adeo t fine adeptus, non esse multum curandum de mediis, quæ requiruntur ad finem, l. 1. §. fin. ff. de dot. prælegata, junctâ l. non cogendum Sabinus, de procurat. l. & hæc stipulatio, §. Divus, ff. ut legat.

Quam doctrinam ante Bartol. exposuit Philosoph. lib. 2. Physic. qui citatur in hanc rem à D. Thom. 2. 2. quest. 1. art. 1. post. 3. argumen. & in sum. in. 1. 2. quest. 20. art. 1. ad 2. & 1. part. quest. 77. art. 3. ad 1. argumen. Rodolph. Agricol. lib. 1. invent. dialect. cap. 4. & sequitur &

exornat Aymon Craveta cons. 137. num. 14. & cons. 304. num. 3. Covar. lib. 1. var. cap. 20. Navarr. in cap. novit notab. 3. num. 97. de judiciis, & in tractat. de finibus humanorum actuum, numer. 27. Menchac. lib. 1. controver. illustr. capit. 28. num. 7. Joan. Garcia in tractat. de nobilitat. in divisione, num. 9. & eruditissime Petr. Fab. in l. nihil dolo 12. §. cum principalis, & in l. cum principalis 178. ff. de regul. jur. & in lib. 3. Semestr. cap. 9. pag. 120. & sequenti, ubi allegat insignem locum Salvian. lib. 4. de provident. qui Aristotelis exemplum de t Architecto, 57 finem domus, quam construere parat, ante ipsius domus constructionem animo concipiente, ita eleganter expressit: Et qui domum aedificat, vel fundamentum locat, etsi necdum habitationem paratam habeat (quam scilicet animo percepit) iam tamen ipsa, quæ adhuc facere molitur, spe futura habitationis amplectitur. Propter hanc autem qui parat cetera, ipsum construendi operis effectum, atque consummationem, ut animi effectum, & consideratione longe antea percepit esse censet. Atque ita effectum affectum priorem necesse est. Quod idem t nostri Reges mente etiam versare debuerunt, & ut finem conversionis Indorum, quem præcipuè intendebant, consequerentur, jam inde ab initio ea omnia (ut diximus) pensare, disponere, & ordinare, quæ illos pacatos, dociles, sociabiles, & in Fide semel recepta securos reddere possent.

Tertio t considero, nullum majus, & magis 59 desiderandum bonum in hominibus reperiri posse, quam Religio, & exacta ejus observatio, & amplificatio, utpotè in qua præcipuum omnium Rerum publicarum, & Imperiorum fulcrum atque stabilimentum consistat: ut tetigit suprâ lib. 1. cap. ult. ex num. 89. & latissime prosecuntur Aristotel. lib. 7. Polit. cap. 8. Cicero lib. 1. de nat. Deorum, Plin. lib. 14. nat. hist. Valer. Maxim. lib. 1. & lib. 4. cap. 1. Lactan. Firmian. lib. 3. Divin. in tit. cap. 10. & de ina cap. 12. & de vera sapientia cap. 23. D. August. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 24. epist. 48. 50. & 165. lib. 3. epistol. 32. lib. 5. epist. 63. & lib. 7. epist. 5. Justinian. Imp. in epist. inter claras, C. de summ. Trinitat. & in proem. Digestorum, Clemens Papa lib. 1. const. Apost. Constant. Magn. Imp. apud Sozomen. lib. 1. hist. Eccles. cap. 8. Theodos. t Imp. filiis suis 60 hoc præceptum in agone mortis relinquens apud Nicephor. lib. 13. histor. Eccles. cap. 1. & Evangelium lib. 1. cap. 1. idem Imp. Theodosius, & Valentinian. in epist. ad Dioscorum, & in epistol. 17. inter Cyprii epistolas & melius in Novellis tit. 2. ubi t inquit: Inter ceteras sollicitudines, quas amor publicus pervigili cogitatione nobis indixit, præcipuum Imperatorie majestatis curam esse perspicimus, verè Religionis indignam, cuius si cultum tenere poterimus, inter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Et plurimi alii, quos referunt Hieronym. Osor. lib. 1. & 4. de Reg. instr. Simanc. lib. 3. de Repub. cap. 8. Petr. Gregor. lib. 2. Repub. cap. 2. & lib. 8. cap. 2. sect. 1. Cardin. Bellarmin. lib. 1. de Princip. Christ. cap. 11. Just. Lips. lib. 1. & 4. civit. doctrin. cap. 2. & 3. & adversus Dialogist. cap. 2. & in monitis, & exemp. Polit. lib. 1. cap. 2. Hieron. Fracheta lib. 1. de Principe, cap. 3. pag. 24. Bal-

duin.

duin. in Prolegom. de jure civili, pag. 75. & sequenti, Pat. Ribaden. de Principe Christian. lib. 1. cap. 16. & lib. 2. cap. 5. Tiber. Gamba in discours. Polit. cap. de Religione, pag. 39. Cheric. in Coronid. quest. Polit. §. 1. Joan. Boter. de ratione status, lib. 2. penult. c. de Relig. Pat. Lud. Torres lib. 4. Philosoph. Moral. Princ. lib. 7. cap. 2. Thomas Bocius in integris tract. Imperii pendere à virtutibus & de antiquo, & novo Italia statu, quos adversus Machiavel. scrip. Pet. An. Canonher. in apborism. Poli. Hippocratis, vol. 1. lib. 5. apborism. 25. pag. 799. & segg. Pat. Fr. Joan. Marquez in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 34. Doctiss. Joan. Baptist. Valenzuela in monitu contra Venetos, ex num. 178. & novissime in discours. stat. & belli, 2. p. consid. 2. ex num. 89. & consid. 9. ex num. 34. & consider. 22. per totam, Francis. Torrelanca lib. 3. de Magia, cap. 2. & Rutil. Benzoni. lib. 3. de anno Jubil. cap. 7. pag. 340. & sequenti, qui cum Tertulliano in Apolog. cap. 24. & Div. August. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 15. & 16. 62 præsumptionem quorundam refert, t dicentium, Romanos pro merito Religiositatis diligentissimè, in tantum sublimitatis elatos, ut Orbem occuparint, & adeo gratos Deos habuisse, ut præter ceteros floreat, qui illis officium præ ceteris faciant, scilicet ista merces, Romanis à Diis pro gratia expensa est. Quemadmodum è contrario semper puniti, & perpetuo infelices fuisse videntur, qui Ecclesiam, & Religionem contempnunt, ut pluribus ostendit Palac. Rub. de obtent. Navarr. part. 1. §. 6. & Calist. Remirez de lege Regia, §. 8. num. 22.

63 Unde jure, ac merito t pia, & laudabilis eorum Regum, & Principum cura videri debet, qui pro eadem vera Religione tuenda & propaganda, totius potentia sue nervos intendunt, & armis, ac bellis, ubi ad id opus est, infidelium, & Barbarorum regiones, & falsas Religiones invadunt, ut colligunt ex doctrina Lucæ de Penna sup. numer. 1. relata; qui causas justis belli proponens, hanc quidem primo loco constituit, & ex Guillem. 64 Bened. libebm citato, qui ita scriptum t reliquit: Inter laudabilia omnia Catholica Fidei opera, quæ Rex explere debet pro sua dignitate, ac totius Religionis Christianorum salute, nullum majus, nullum honorabilius, nullum denique gratius Deo offerri potest, quam barbaras gentes, & Turcarum perfidiam, ceterosque populos, qui falsos, ritus, ac Deos colunt alienos, expugnare, atque in frana submittere sub Christi Fide, prout talia sancta exercitia apud Francos Reges semper floruerunt.

Quod idem in nostris terminis docuit Per. Malferrit. diffr. consil. 769. num. 15. ubi ait; hoc adeo verum esse, ut divino veluti testimonio confirmatum fuerit. Nam cum t Urbanus II. P. Rom. in Claramontensi Conventu orationem habuisset pro bello infidelibus inferendo, audita fuit vox de caelo, Deus vult, Deus vult; de qua historia latius agit Anton. Sabellic. Enead. 9. lib. 3. pag. mibi 354. Et consentit Tucc. Lucens. in ann. tat. super Cantie. fol. vult. relatus à Pat. Magist. Marquez in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 26. pag. 322. 66 dum tradit, t quod Reges potentes, potenter Fidem introducere debent. Et Franc. Arias in tractat. de bello, & ejus justitia, num. 145. con-

67 cludens, Prælatorum t auctoritate posse fieri bel-

lum, præcipuè pro Fide, vel contra eos, qui excommunicati pro mortali, parere nolunt, & pro subditorum suorum injuria.

Quem referens t Joan. Bapt. Valenzuela in 68 diffr. monit. contra Venet. part. 7. num. 69. pag. 448. ait, simile ei esse, quod Cicero tradit lib. 2. de Repub. dicens: Nullum bellum à civitate optima suscipitur, nisi aut pro fide aut pro salute. In quotamen animadvertere debuit, Ciceronem ibi non de fide loqui, quatenus idem cum Religione sonat, hoc t enim sensu solum apud Christianos accipitur; sed fidem intelligere, finitum cum sociis foedus, cujus observatio plurimum t Romanis 70 commendabatur, l. conventio num. 5. ff. de pactis, cum ibi præter alios notatis à Ferdinand. Mendoza lib. 2. cap. 9. Conan. lib. 5. comment. cap. 1. Guibert. Costan. quest. jur. 4. 3. Revard. lib. 4. variar. c. 1. & Vincent. Cabot. lib. 2. disputat. 4. 10. & sequentibus. & in specie advertit D. August. ita Ciceronem intelligens lib. 22. de Civit. Dei c. 6. & Joseph. Acosta lib. 2. de procur. Ind. salut. c. 4. pag. 223.

71 Just. t etiam Lips. lib. 5. Polit. c. 4. ejusdem sententia fuisse videtur, dum tradit, quod invasio quadam legitima est, etiam sine injuria: Ut in Barbaros, & moribus, aut religione prorsus à nobis abhorrentes, maxime si potentes il, & aliena ipsi invaserunt, aut invadunt.

Pro quibus ego expendere soleo verba Valerii Maximi lib. 4. cap. 1. §. de Lucio Furio, dum t de cura extendendæ Religionis antiquorum Romanorum pertractans, scribit: Non dubitaverunt sacris Imperia servare, ita se verum humanarum futuræ regimem existimantia, si divina potentia bene, & constanter fuissent famulata. Quem loquendi modum sequi videtur D. August. d. lib. 5. de Civit. Dei, capit. 24. eos Reges, ut sup. diximus laudans, qui suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, majestati ejus famulam faciunt.

Et conducit valde, notabile t illud Mæcenatis prudentissimi viri consilium ad Octavian. August. quod refert Dio Cassius lib. 52. hist. Simanc. in Cathol. instit. titul. 46. num. 21. & Petrus Greg. lib. 33. Syntagm. cap. 7. num. 8. & lib. 8. de Repub. cap. 2. num. 14. Dum semper, & ubique cole, ut moribus patriis est receptum, ad eundemque cultum alios compelle. Peregrinarum verò religionum auctores odio & suppliciiis prosequere.

Et hanc t esse veluti certam, & communem 74 omnium gentium naturam, & conditionem, aperte docere videtur Marcus Tullius in Orat. pro M. Fontejo, ubi ideò Gallos execratur, quòd ut cæteræ nationes bella pro religione sua non suscipiebant, dicens: An istas nationes (scilicet Gallo-

rum religione jurissurandi, ac metu Deorum immortalium in testimoniis dicendis commoveri arbitramini, quæ tantum à cæterarum gentium more, ac natura dissentiant, quòd cætera pro religionibus suis bella suscipiant, iste contra omnium religio-

75 nem. Divus quoque t Eulogius, expressius adhuc, ejusmodi belli justitiam comprobat, & commendat in memorab. Sancti. lib. 1. ita scribens: Magni meriti esse credo, subvertere impios, & Ecclesia hostibus contraire, bellum parare in incredulos.

Et Justin. Imp. idem t non obscure demons-

trat,

trat, dum in *autb. ut liberti de cetero*, §. *hoc si milititer*, collat. 6. scriptum reliquit, se desiderio augenda Reipublica, & pro recta ad Deum religione, & subjectionum pariter libertate in Lybia, & in Hesperin multa bella suscepisse.

Eodem t̄ etiam respicit nobilis illa Hispani nostri Septempartiti juris, l. 2. *titul. 23. part. 2.* Scholiis quidem eruditissimi viri Gregor. Lopez nobilior reddita, quibus hanc questionem acquisitionis Novi Orbis cura, quā potuit, maxima pertractavit. Qua in lege Rex noster Alphonsus, cum causas exponere vellet, ob quas bellum justum, & legitimum fiat, de quibus late agunt Auctores quos *supra hoc lib. 2. cap. 6. num. 51.* congressi, hanc, de qua agimus, primo loco proponit his verbis: *La primera, per acrecentar el pueblo su Fe, è para destruir los que la quisieren contraballar.*

Cui decisioni ansam fortè præbuit auctoritas Div. Gregor. Magni. lib. 2. *epist. 7. ad Gennadium*, quæ refertur à Gratiano in *cap. si non ex Fidei 49. 23. quest. 4.* Ubi t̄ bella ab eo frequenter gesta, & divinis auxiliis prosperata; multis laudibus ornata, quia non desiderio fundendi sanguinis agebantur: *Sed dilatanda causa Reipublica, in qua Deum coli conspicimus, quatenus Christi nomen per subditas gentes Fidei prædicatione, circumquaque discurrat.* Fuit autem t̄ iste Gennadius Exarchus Africae anno Domini 591. quem alibi etiam laudat idem Gregor. lib. 1. *epist. 59. in dict. 9. die. nri Vos Dei præ oculis indesimenter habere timorem, ac seclari justitiam submissa hostium colla testantur, & epist. 72. quæ habetur in c. sicut excellen- tiam 23. quest. 4.* & in pluribus aliis epistolis, de quibus plenam mentionem facit illustr. Cardin. Baron. in *Annal. Eccles. anno Christi 91. num. 9. 28. & 29. & annos 593. num. 30. & 596. n. 18.* & Bernard. Aldrete de *antiq. Hispan. libr. 4. capit. 25.*

Potestque in ejusdem doctrinæ confirmatio- nem expe. idē celebris t̄ text. in *cap. dispar. 23. q. 8.* juxta indicationem Gregor. Lop. in *dict. l. 2. gloss. mag. col. 4. in princ.* Nam cum ibi Alexand. II. omnibus Episcopis Hispaniæ rescribat: *Disparem esse Saracenorum, & Judæorum causam: in illos enim, qui Christianos persequuntur, & ex urbibus, & propriis sedibus pellunt, justè pugnaturi. Hi verò ubique servire parati sunt.* A contrario indicare videtur, quod si Judæi, & quilibet alii infideles admoniti & requisiti Christi, & Ecclesiæ supremum dominium non agnoscerent, eique servire parati non essent, justè in eos sicut in Saracenos, bellum indiceretur.

Quartò, pro eodem titulo communiendo multi ex Auctoribus supra relatīs pendunt, t̄ Ecclesiam olim, cum inermis esset, & auxilio Catholicorum Principum destituta, inermibus quoque prædicatoribus usam fuisse, qui verbis tantum, & miraculis, Apostolico more, ac modo, Christi Fidem per diversas mundi regiones disseminarunt. Hisce autem posterioribus t̄ temporibus, cum jam fines seculorum deveniret, ut inquit D. Paul. 1. *Corinth. 10. relatus à D. Hieron. in c. quis ignorat 32. quest. 4.* & t̄ Ecclesia Prædicatores non habeat, qui parīs potentia esse possint in virtutibus, & miraculis cum antiquis Apostolis, & Martyribus ob defectum nostro-

rum temporum, in quibus corpora, & merita defecerunt, ut ait text. in *cap. fraternitas 34. dist. 1.* & Abb. in *cap. Deus qui, de vita & honest. cler. habeat autem tum in se, tum in plurimis, & piissimis Imperatoribus, Regibus & Principibus ejus alumnis, plus roboris, & auctoritatis, quam olim obtinuit, rectè potest utrumque gladium adversus infideles distringere, ut Evangelii legem audiant, & recipiant, & ipsi Romanæ Ecclesiæ debitum obsequium exhibeant.*

Quo argumento, ex hac temporum distinctione deducto, in simili specie usus est t̄ D. August. in *epist. 50. ad Bonifacium Comitem*, quæ habetur apud Grat. in *c. si Ecclesia 42. 23. q. 4.* docens, Ecclesiam hodiè bene posse à principibus Catholicis impetrare, ut ejus jura defendant, & impios, atque hæreticos persequantur, & statim subdens: *Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges justas institui n. lunt, non petiisse à Regibus terræ Apostolos talia: non considerant, aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crederat Imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, &c.* Quem text. omnes hujus articuli scrupulos tollere affirmat Malf. d. *cons. 769. num. 79.*

Et ei similis est text. in *cap. non invenitur 41. ead. causa & quest. ubi ipse D. August. idem argumentum aliis verbis prosequitur, & exemplo Nabuchodonosoris illustrat; in t̄ quo utrumque tempus figuratum esse inquit, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet Ecclesia: Temporibus enim Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est, quando Rex memoratus pius, & justus coegit adorare simulacrum, & recusantes in flammis mittebat. Nun: autem illud impletur, quod paulò post in eodem Rege figuratum est, cum conversus ad honorandum verum Deum, decrevit in Regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sadrab, Misac, & Abdenago, poenis debitīs subiaceret. Prius ergo tempus illius Regis significabat priora tempora Regum infidelium, quos patiebantur Christiani pro impiis. Posterius verò tempus ejusdem, significabat tempora posteriorum Regum jam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis, &c.*

Et rursus t̄ in *cap. displicet 38. eadem caus. & 86. quest.* ad Donatum presbyterum scribens, & multis rationibus probans, quòd hæretici ad salutem, etiam invitī, sunt trahendi: *Repetis, inquit, sicut audio, quod in Evangelio scriptum est: necesse à Domino LXX. discipulos, & arbitrio sua male, atque impia discessionis fuisse permittos; ceterisque duodecim, qui remanserunt, fuisse responsum: Numquid & vos vultis ire? Et non attendis, quia tunc primum Ecclesia novello germine pullulabat, non quumque in illa fuerat completa illa prophetia: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient illi; quod utique quanto magis impletur, tanto maiore utitur Ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus significare volebat, qui quamvis haberet magnam potestatem: prius tamen elegit commendare humilitatem.*

Quam sententiam ultra D. August. probare videtur D. Thom. 2. 2. *quest. 10. art. 8. & 11. & Gabr. in 4. dist. 4. quest. 2.* quos in nostris ter-

terminis refert, & sequitur Palac. Rub. *de obtent. Regni Navarra 2. part. §. 8. ad finem*, Cordub. in *87 quest. lib. 1. quest. 57. dist. 5. pag. 503.* dum t̄ docent, hodiè riter infidelium, & idololatrarum non esse aliquantulum tolerandos: *Quia si alicubi, & aliquando eos tolerabat Ecclesia, idè est, quia tunc non habebat tantum robur, ut de facto prævalere posset tanta multitudini infidelium, sine majori jactura, aut scandalo, aut quia habebat spem eos dulcius convertendi ad Fidem per prædicationem ejus.*

Et ad idem est t̄ Abul. *Matt. 20. quest. 96.* dicens, quod diversa est ratio potestatis quoad factum, vel exercitium in coërtione corporali per gladium materiale in hæreticos, & infideles tempore Apostolorum, à tempore præsentis. Nam tunc humilitas, & mansuetudo, & patientia Christi, atque fidelium ostendenda erat, dum implebatur illud principium Psalm. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. & illud Psalm. 43. Roman. 8. Propter te mortificamur tota die &c.* Nunc autem non est præmittendum, ut etiam impleatur, quod sequitur ibi: *Reges eos in virga ferrea, & Psalm. 17. Persequar inimicos meos, &c.*

Pater quoque Fran. Suar. eandem temporum Ecclesiæ differentiam agnoscit in defensione Fidei contra secl. Anglican. lib. 4. *cap. 6. ex n. 4. pag. 490.* t̄ docens, olim Pontifices Romanos, cum sub Ethnicis Imperatoribus constituti fuissent, suâ potestate, aut immunitate plenè usos non esse, & novissimè in *tr. de Fide disp. 18. sect. 1. num. 10. pag. 285.* tradens, aliquo modo infideles hodiè coërceri posse, si prædicationi Fidei locum non dederint, hæc verba subnectit: *Quod si in principio Ecclesiæ hic etiam modus coërtionis non fuit usitatus, non idè fuit quia non liceat: sed quia tunc Ecclesia non habebat temporales vires ad resistendum hostibus Fidei, voluit etiam Christus Dominus in principio sincere mundum efficiencia verbi, & miraculorum, ut potentiam suam, & veritatem suæ doctrinæ magis ostenderet.*

Quo etiam ex fonte t̄ descendere videmus, quod licet Ecclesia olim adversus hæreticos, apostatas, aut schismaticos nullis poenis, coërtionibus corporalibus uteretur; habitâ dumtaxat ratione, quæ potius amoverentur ab errore discedere, quam pro scelere punirentur ut docet D. August. in *d. cap. non invenitur 23. q. 4. in fine*, & constat ex Concil. Arelatens. *cap. 23. & Concil. Elibertin. Can. 1. & 3.* ubi propter hæc delicta lapsis solum imponebatur perpetua Sacramentalis communionis privatio, ita ut etiam in articulo mortis eis non daretur, quamvis resipiscerent, junctis aliis, t̄ quæ ad hujus poenæ explicationem, & qualiter deinceps fuerit immutata; doctè congerit Ferd. Mend. in notis ad idem Concil. Eliber. & novissimè Suarez *dict. tract. de Fide, disp. 21. sect. 4. ex num. 3.* Postea tamen, ubi ejusdem Ecclesiæ auctoritas, & potestas magis aucta, & corroborata fuit, jure optimo potuit, & coepit, prædicta criminalibus suppliciis, & ignis, atque flammæ combustionem compescere, & adversus ejusmodi delinquentes, & eorum bona, possessiones, & regna bella movere, si moniti

non resipiscerent, & ad Fidem, & Religionem non redirent, quam prius voluntarie professi fuerant, ut constat ex *toto tit. & de Decret. de hæretic. tota causa 23. & 24. & ex aliis, quæ cap. 19. ex num. 45. trademus.*

Nimirum, t̄ quia, ut *supra diximus, omnia 93* suis conveniunt temporibus, & ex eorum distinctione Scripturæ, & jura ipsa concordari, c. 1. 2. & 3. *dist. 29. cap. quod scripsi 35. quest. 3. cap. si peccaverit. 1. quest. 1.* & pro varietate temporum varia invenitur dispensatio Conditoris, & statuta mutantur humana, ut pluribus exemplis docemus in *cap. recurat. 32. quest. 4. cap. 1. & per totum, dist. 31. cap. fraternitatis, c. vidus, dist. 34. Clement. 1. de iudiciis, c. non debet, de consang. & affinit. cum aliis traditis à Claudio Prato lib. 3. Gnozon, sive regul. gen. juris, tit. 2. cap. 3. & Petr. Gregor. de Repub. lib. 10. c. 5. numer. 10.* ubi singulariter inquit: *Unumquodque tempus suos mores adfert, quibus accommodandæ sunt leges, sicuti alia leges in antiquo Testamento Divino, alia in Novo, alia præscæ Romanorum inter rudem populum, alia posterioribus seculi probata, rejectis vel emendatis primis, alia, quæ sint senibus, quam fuerint juvenibus infantibus, & viris. Sic accidit in Rebus publicis, quibus non eadem est facies, non vigor, non Imp. nec alia plura, quæ bis vigerunt.*

Quintò facit, t̄ quod non solum sanctorum Patrum auctoritatibus hæc temporum differentia, & potestas Ecclesiæ ad reducendos infideles insinuata videtur, verum & ipsa quoque sancti Evangelii doctrina. In quo videmus, quòd in prima missione Discipulorum à Christo, *Luc. 10.* quamvis dictum sit, ut irent sine baculo, & pera: postea tamen tempore persecutionis, ejusdem *Luc. 22.* dictum est eis, ut tollerent sacculum, & peram ad provisionem victus, & gladium ad defensionem, si expediret. Et prius *Matt. 26. & Luc. 10.* permissum est Apostolis, ut, si eos persequerentur, fugerent ut conservarentur, ad prædicandum gentibus post Passionem Christi. Postea verò *Matt. 10. & 24.* dictum est ipsis, jam factis Episcopis, quòd tradendi essent ante Reges, & Præsides, &c. Et tunc certè non deberent fugere, si inde periculum Fidei in ovis immineret, sed ut boni pastores persistere, & animam suam ponere pro ovis suis, ut habetur *Joan. 10.* Quæ loca in hanc rem considerat Corduba d. lib. 1. *quest. 57. dist. 5. pag. 503. vers. Ad quod etiam.*

Sed longè commodior, atque expressior est locus t̄ alter D. Lucae *cap. 14.* ubi sub parabola illa Patris familias ad magnam coenam suam multos conyivas convocari jubentis, mirabiliter triplex legatio Dei ad homines destinata videtur, ut ad Evangelii veritatem amplectendam adducerentur. Quatenus primò servis suis dumtaxat mandavit, ut conyivas vocarent. Secundo, ut eos introducerent. Tertio, ut venire tardantes, & recusantes, intrare compellerent. Hoc enim significant illa verba: *Compelle eos intrare*: quæ absque dubio de compulsionem intrandi ad Ecclesiam omnes S. Doctores accipiunt, ut constat ex D. Gregor. *homil. 39. in Evang. Chrysost. hom. 14. in Luc. & ex aliis citatis à Franc. Luca; & Joan. Mal-*

Maldonat. *ibidem*, & P. Franc. *Suar. d. disp. 18. scđ. 3. num. 1.* Et ante omnes luculenter, & multum in nostrae quaestionis terminis exposuit D. Aug. in *epist. 204. ad Donatum Presbyterum*, quae refertur in *d. 7. cap. displicet 23. quest. 4.* sic in-
 96 *quiens: Hoc & in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit ad invitatos, & venire noluerunt; & ait seruo: Exi in plateas, & vi-
 cos civitatis, & pauperes, ac debiles, caecos, & claudos introduc huc. Et ai seruus Domino: Fac-
 rum est, ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait Domino seruo: Exi in vias & sepes, & compelle in-
 trare, ut impleatur domus mea. Vide nunc, que-
 madmodum de his, qui prius venerunt, dictum est: Introduc eos: nunc dictum est: Compelle. Ita significata sunt Ecclesia primordia adhuc crescentis, ut essent vires etiam compellendi: idem rursus expendit ipse D. Aug. *epist. 50. ad Bonif. relatus in cap. 1. 23. quest. 6.* haec in verba prorumpens: Unde & ipse Dominus ad magnam cenam suam prius adduci jubet convivas, postea cogi. Nam cum ei servi sui respondissent: Domine, factum est, quod jussisti, & adhuc locus est. Exite, inquit, in vias, & sepes & quoscumque inveneritis, co-
 que intrate. In illis ergo, qui primò leniter adduc-
 ti sunt, completa est prior obedientia: in istis au-
 tem, qui coguntur, inobedientia coercetur.*

97 Eandem t̄ prædicti loci expositionem facit, & specificè ad ipsos Indos, de quibus tractamus accomodat Thom. Bocius Eugub. *de signis Eccles. Dei, lib. 4. cap. 7. & 8. & 9.* quem transcribit Fr. Thom. à Jesu *de procur. omni. gent. sal. lib. 4. part. 1. cap. 1. pag. 122.* & sequit, Fr. Joan. à Torquem. in *Monarch. Ind. lib. 16. cap. 4.* Nam ad primam legationem pertinere, inquit, homines divites, qui in suis sedibus, & mediis civitatibus habitabant, ut subjungit D. Matth. *capit. 22.* eandem parabolam referens, nuntios contempnebant, & occidebant, quales olim Romanii fuerunt, dum Imperium eorum florebat, in quo tot Martyrum millia trucidata sunt: & hos tantum vocandos esse Evangelista testatur. Ad secundam vero spectant inopes, caeci, claudi, debiles, qui habitant in plateis, & vicis civitatum, quales fuisse, inquit Paganos & Gentes in Romanii Imperii confinibus, quasi in suburbiis, plateis, & vicis apertis degentes, qui non solum vocari, verum etiam ad convivium adduci jussi sunt. Ad tertiam denique t̄ legationem referendos esse constituit populos maxime omnium barbaros & efferos, qui ad Christum cultumque divinum non solum vocati sunt, & beneficiis adducti, sed quibusdam etiam licitis modis veluti compulsi, & coacti. Quales fuisse videmus hos barbaros, rudes, & incultos Indorum populos, in sylvis, & horridis locis habitantes, apud quos Evangelicæ prædicationis munus absque vi aliqua, & humanis præsiidiis exerceri non potuit.

99 Invenio quoque t̄ eruditissimum Mag. Fr. Lud. Legionens. Augustinian. sacrae Scripturae apud Salmanticensis olim professorem Primarium, melius adhuc & expressis in favorem prædictæ opinionis eandem parabolam explicuisse. Nam in *commentariis ad Abatiam cap. ult. pagin. 661.* omnem cursum dilagationis Evangelii in illa comprehendit docet, & res esse vo-

cationes, sive tria hominum genera, qui ad nup-
 ciale illud convivium invitati, atque vocati sunt. Primò enim inquit, vocati dicuntur ii, quibus jam antea per servos suos triclinit magister fore ut vocarentur, prædixerat. Quia vocatione Judæos intel-
 ligi tradit. Secundo loco his vocati sunt, & in triclinitium introducti, quos per urbis vias, atque plateas vagos atque palantes iidem servi inven-
 nerunt; quod de Romanis, & aliis Romano Imperio subditis Gentibus accipiendum notat. Tertio, & ultimo loco, non vocati modò, sed t̄ in triclinitium etiam ingrederentur, coacti sunt hii qui extra urbem per agros vagaban-
 100 tur, quique ruri vitam debebant. Quo inquit, declarabit Christus, futurum ut ultimo mundi tempore, quidam extra Orbem Romanum egressi, progressive ultra notas, & semper pro ultimis habitatas mundi metas, alium Orbem invenirent, agrestibus cultum, & planè feris hominibus. Quos ipsi homines, partim vi, partim doctrina ingrediendi in Ecclesiam facerent, & à fertitate, & immanitate, cultuque idolorum vanissimo, ad mansuetudinem paulatim, & ad vitam magis humanum cultum emollirent, denique efficerent hujus ut convivii celestis particeps esse vellent, prout his postremis temporibus in istorum Occidentalium Indorum ad Christum conversione contigisse videmus: in qua, vis quædam est adhibita, non enim Evangelium illis annuntiatum est, ut olim annuntiabatur, per inermes homines, sed armati, aut certè hii, quibus armati præsidio erant, pietatis doctrinam ipsis tradiderunt.

Hactenus Legionensis, qui rursus eandem alicujus violentiæ necessitatem in hac conversione cognoscit, in *comment. super Cantic. cap. 8. pag. 435.* in differentia illarum duarum sororum, quæ ibi proponitur, de qua Ego etiam aliqua dixi *sup. lib. 1. cap. 15. num. 39.* & idem probat Acosta *de procur. Ind. salut. lib. 3. cap. 13. pag. 329.* docens, quod hi barbari, quia imperu magis, quam judicio feruntur, severitate quadam salutari in Ecclesiam intrare compellendi sunt.

Quibus auctoritatibus congruentissimè & urgentissimè addere possumus aliam, t̄ ex Di-
 101 vi Pauli exemplo petitam, qui ut habetur *Act. 9.* cum Ecclesiam Dei persequeretur, in itinere excecatus, tremens, atque stupens, dixit Domine, quid me vis facere? & ad Deum converti coactus est. Unde rectè argumentatur Divus Augustin. t̄ in *diđ. capite qui nos 23. q. 4.*
 & in *diđ. cap. schismatici. 1. 23. quest. 6.* quod cum legamus à Christo Paulum esse coactum; bene potest, & debet Ecclesia malos, & infideles sub hac imitatione Domini sui ad bonum, & Fidem adigere. Et quod mirandum est, quomodo ille, qui poenâ corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit. Et quem major timor compulsi ad caritatem, ejus perfecta caritas foras misit timorem.

Eandem argumentationem urget idem August. *diđ. cap. displicet. 24. quest. 3.* docens, quod etsi homines liberum arbitrium habeant, non tamen ideò mala: suæ voluntati impune, & crudeliter permittendi sunt; sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi.

di. *Quare enim Paulus non est permittus uti pessima voluntate, qua persequeretur Ecclesiam; sed prostratus est, ut excecatus mutaretur: mutatus ut mitteretur: missus, ut qualia faceret in errore, talia pro veritate pateretur.* Et hoc etiam sequitur D. Gregor. *homil. 16. sup. diđ. cap. 14.* D. Luca: *Compelle eos intrare.*

Sextò, & ultimò, in favorem ejusdem tituli & sententiæ considero, quod etsi coactione absoluta, & præcisa nullus ad Fidem recipiendam compelli possit, ut infra dicamus t̄ non ideò tamen improbanda videtur illa receptio Fidei, quæ tandem voluntariè, suscipitur quamvis metus, & timor belli præcedentis, aut imminētis, vel quælibet alia vis indirecta, & causativa ei forsitan occasione præberit, ut notanter insinuat D. Augustin. in *epistol. 48. ad Vincent.* relatus in t̄ *cap. vides 23. quest. 6.* ubi concludit, ejusmodi coactiones licitas esse, & interdum efficere, ut quis timendo, quod non vult pati, vel relinquat impedientem animositatem, vel ignoratam agnoscat veritatem: ut timens, vel respuat falsum, de quo contendebat, vel quarat verum, quod nesciebat, & volens jam tenet, quod nolebat.

Idem docet in *epist. 167. ad Festum*, quæ refertur in *cap. quid faciet 23. quest. 4.* docens, Ecclesiam, quæ salutem omnium maternam caritate conquirit, tamquam inter phœneticos, & lethargicos estuans, medicinali semper severitate curare, ut mali, quamvis inviti, ad bonum cogantur: quia licet illis, quamdiu agri sunt, medicina molesta sit, postea è tamen sanati gratulantur.

Et melius in *epist. 48.* ubi prædictos terrores probat, si ad melioris disciplinæ viam aperiendam dirigantur, sic inquit. *Si terreverunt, & non docerentur improba quasi dominatio videretur: & rursus si docerentur, & non terreverunt, vetustate consuetudinis obdurarentur, & ad capessendam viam salutis prius moverentur.*

Quibus similis est text. in *diđ. cap. displicet. cap. quis nos. cap. non invenitur 23. quest. 4. & cap. Schismatici 23. quest. 6.* in quorum specie resolvit Archidia. *ibidem*, Joan. Andr. in *cap. 2. de heret. in 6. & Marquard. diđ. tractat. de infidel. cap. 14. num. 1. pag. 57.* vim talem non esse vitio vertendam, quia t̄ ex eo quòd multoties agitur secundum rationem, etiam contra nolentes, imprimuntur forma rationis in vi appetitiva, quæ impressio nihil aliud est, quam virtus moralis. Et ad eam respiciens D. Greg. *Mag. lib. 3. epistol. 26. ad fanuar. Episcop. Caralitan.* quæ habetur in
 106 *cap. jam verò 23. quest. 6.* docet, homines rusticos, & ignaros, qui, tante perfidia, & obstinationis sunt, ut ad Deum minime venire consentiant, tanto pensionis onere grabandos esse, ut ipsa exactionis suæ poena compellantur ad rectitudinem festinare. Et lib. 4. *epist. 6.* inquit, t̄ ex tali coactione magnum commodum sperari posse. Nam, licet fortasse illi qui coguntur, minus fideliter, aut fideè convertantur: eorum successores, qui multo plures erunt, facilius credent, & multi parvuli innocentes per Baptismum salvabuntur. Quod etiam considerat Joseph. Acosta *de procur. Ind. sal. lib. 1. cap. & Pat. Suar. diđ. tract. de Fide, disp. 18. scđ. 3. num. 1. & 2. in fine.*

Neque deficient exempla, quibus hoc satis
 108 commodè comprobatur. Nam de t̄ Constantino Tom. I. de Indiar. jure.

Cæsare, Theodosio Magno, & aliis Romanis Imperatoribus legimus, plurima bella adversus Paganos, hæreticos, apostatas, Judæos, Coelicolas & alios infideles suscepisse, ut Romanum Imperium à perversis erroribus, & idolorum cultibus liberarent, & Domino nostro Jesu Christo, ejusque sanctæ & Apostolicæ Fidei, omnes sub eo degentes adjicerent. Quæ bella plenè commemorat hist. Eccles. lib. 10. ex cap. 9. & Illustr. Cardin. Baron. in *Annal. Eccles. anno Christi 326. & seq.*

Et similiter fidem Imperatores plures leges tulerunt, ut prædicti errores cessarent, & subditi sui, poenis, & præmiis propositis, ore, atque humero uno, Dei veri veram, & puram Religionem, piè, purè, & verè, ut oportebat, ubique profiterentur. De quibus legibus agitur, in *titulis G. de sum. Trinit. & Fide Cathol. de Hæreticis, & Manicheis, & Samaritanis: de Apostatis, de Judæis & Coelicolis, de Paganis, & sacrificiis & templis: & in l. 2. 4. 6. & 7. eodem tit. de Paganis in C. Theodosian.* Quas t̄ leges eximie laudat, & extolit. D. August. in *diđ. cap. non invenitur, vers. Quis enim nostum, & in cap. ad Fidem 23. quest. 5. & in diđ. cap. vides 23. quest. 6.* ibi: *Ad unitatem Catholicam timore legum Imperialium conversa est, D. Amb. epist. 30. & Joan. Azor. 1. tit. instit. Moral. lib. 8. c. 24. quest. 5.*

Et in *cap. hortatu. 23. quest. 8.* legitimus, hortatu, & precibus Adriani Romanæ urbis Episcopi, Carolum t̄ Magnum Francorum Regem, bellum contra Longobardos suscepisse, ut eorum impietates, & idololatrias cohereret; cuius text. meminit D. Thom. in 2. 2. *quaest. 40. art. 2. vers. Tertio prætera.* Eademque de causa Saxones etiam debellavit, ut tradit Marquar. *diđ. cap. 14. vers. Non obstat, & Eguinar. Paul. Emil. Aimoin. Gaguin. & Mason.* in ejus vita.

Hinc t̄ & Justinianus Imperator, ut Paulus
 111 Diaconus in ejus vita recenset, tertio sui Imperii anno legem tulit, quæ ex suæ ditionis terris Paganos, & hæreticos exclusit, datis induciis trium mensium, ut si vellent, ad Christum converterentur.

Siseburus t̄ quoque Hispaniæ Rex anno Do-
 112 mini circiter 616. Judæos omnes in Hispania degentes, ad suscipiendum Baptismum, sub gravissimarum poenarum interminatione, coegit, eaque re nonaginta millia hominum aversa à pestifera illa secta referuntur, ut constat ex Concil. Tolet. 4. *cap. 56.* relato in *cap. de Judæis 45. distinct. & in cap. majores, vers. Item queritur, de Baptismo: ubi tamen nihilominus Rex idem Religiosissimus appellatur.*

Cujus actionem imitati Dagobertus Philippus Pulcher, & alii Galliar, & Angliæ Reges, & Sabaudiar, & Mediolani Duces, idem in suis Regnis, & dominiis jusserunt, ut scribunt Jacob. Meyer. *histor. Oland. lib. 1. Camill. Borrell. de præstan. Reg. Cathol. cap. 96. num. 43. Just. Lips. in lib. de una Relig. adversus Dialogist. versic. Divinum illud, Guillelm. Bened. in c. Raynuntius de testam. verbo. Duas habens filias, n. 97. Majol. in collog. de perfid. Jud. pag. 33. & 60. Vicent. in speculo historiali, lib. 2. cap. 25. Abexea in repetit. cap. Canonum. statuta, de constit. num. 254. & sequenti, Carol. Tapia in 1. lib. jur. Regni sup. prag. 2. de Judæis, num. 1. & sequent. Stephan. Gratian. qui de his, & aliis Judæorum ex variis provinciis ex-*

pulsionibus agit in 4. part. discept. forens. c. 678. & alii, quos citabimus infra cap. 18. num. 51. & novissimè Ant. Mornac. in notis ad leg. 4. ff. de feriis & ad l. 33. C. de Episcop. & Cler. pag. 94. & Fr. Jacob. Bleda in histor. Mau. or. lib. 1. cap. 12.

113 Quod non est mirandum à Christianis Principibus factum, cum de Tiberio Cæsare memorat Tacitus lib. 2. Annal. eosdem Judæos Urbe Roma expulisse, istorumque sacrificia interdixisset.

114 Sed hæc tamen cura, Hispanorum Regum magis propria fuisse videtur, cum sub ipsis regnandi auspiciis, hæc de re Sacramentum præstarent, ut patet ex Concil. Tolet. 6. c. 8. cui S. Eugenius Toletan. Archiepiscopus præfuit, ubi hoc ita constitutum reperitur *Inspiramine summi Dei, excellentissimus, & Christianissimus Princeps, ardore Fidei inflamatus, cum Regni sui Sacerdotibus, prævaricationes, & superstitiones Judæorum eradicare voluit funditus, nec sivit degere in Regno suo eum, qui non sit Catholicus: & ut quisquis succedentium temporum Regni sortitus fuerit apicem non ante conscendat Regiam sedem, quam inter reliqua conditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullum non Catholicum in Regno suo*

115 *se permissurum. Cujus & Canonis, cum summa ejus laude, & commendatione meminerunt Albertin. in rubr. de heret. in 6. q. 3. n. 6. & seq. Luc. Marin. Stul. de reb. Hispan. l. 19. Simanc. in Cathol. instit. tit. 35. num. 9. Azor. d. c. 24. q. 4. & Illustr. Garsias à Loaisa in notis eruditissimis, quas ad Hispaniæ Concilia vulgavit, Bleda in d. hist. Maur. lib. 8. cap. 2. pag. 973. & novissimè atque elegantissimè Pet. Fern. Navarret. in d. cursu. Politicis, c. 7. Et cum illis implementum lapsu, & malitia temporum oblitterati percipisset, tandem renovatum fuit per celebratissimum illud & edictum Regum Catholicorum Ferdinandi, & Elisabeth. qui ut habetur in l. 2. q. 4. tit. 2. lib. 8. Recopil. plus quam octoginta Judæorum & Maurorum millia è toto suo Regno intra quadrimestre exulare jusserunt, quia Baptismi optionem sibi oblatam recipere recusarunt, & ut Emmanuel Lusitanæ Rex, eorum gener, idem faceret obtulerunt. Quod factum referunt, & tamquam sapientissimum laudant plurimi auctores, quos infra c. 18. num. 51. reperies, Picus Mirandulan. lib. 5. adversus Astronom. Valera, Nebrissens. Tarapha, Mariana, & alii in vita Regum Cathol. Zurita ibidem lib. 1. c. 6. idem Zurita lib. 2. Annal. cap. 2. anno 1492. Albertin. & Simancas ubi supra, n. 8. llesc. in histor. Pontif. 2. part. lib. 6. c. 20. §. 2. & plurimi alii congesti per Cenedum in collectan. 15. ad Decretal. n. 2. Didac. Valdes de Dignitate Reg. Hispaniarum, cap. 19. n. 68. fol. 171. eruditissimo Dom. Greg. Lopez Madera in Monarchia Hisp. c. 6. fol. 41. Simon Majol. in collog. de perfidia Judæorum, pag. mihi 188. Pat. Gordon. in Chronograph. anno 1492. pag. 441. Fr. Joan. à Ponte in conven. utriusque Monarch. lib. 1. c. 8. p. 47. & 50. & lib. 3. c. 3. pag. 21. & 22. Fr. Jacob. Bleda in histor. Mauror. lib. 5. cap. 27. Pet. Aznar. in histor. expuls. Morisc. 2. part. cap. 5. & 6. Bernard. de Aldrete de antiq. Hispan. lib. 3. cap. 28. pag. 464. & Camill.*

Borrel. d. c. 69. per totum, & præcipuè n. 44. & Petr. Ferdin. Navarrete d. d. discurs. 2. ubi referunt Bajacetem Turcarum Imperatorem, Judæos à Regibus Catholicis, & Emmanuele expulsos, in suo Imperio alacriter recepisse, & barbaro ingenio suo, præclarum illud facinus succensentem, eorum stoliditatem, sive imprudentiam mirari dixisse, quod se tantis viribus voluntariè privaverint. Quod longè magis mirari potuisset in novissima Maurorum expulsionè anni 1610. de qua infra cap. 19. num. 92. sermone habebimus.

CAPUT XVII.

De Auctoritatibus, & argumentis, quibus præcedens titulus debellationis Indorum ob solam causam Fidei, & Ecclesiæ propaganda, reprobari, & infirmari videtur.

SUMMARIUM.

- 1 Infideles nullo modo, ob fidem propagandam, & recipiendam, debellari, aut compelli posse, plurimi Auctores sentiunt, quorum dicta late expenduntur.
- 2 Indos Occidentales causa Fidei introducende, & propagande, debellari non posse qui specialiter tractent.
- 3 Judæi etiam ubi tolerantur, non sunt per vim ad Fidem cogendi, imò neque facillè admittendi.
- 4 Baptismi Character non imprimitur, ubi quis ad illum recipiendum per vim, & metum absolute compellitur.
- 5 Vim & metum longè abesse debere à conversione Judæorum, & aliorum infidelium etiam Christianis subditorum, passim admonent sancti Patres.
- 6 Cap. ad Fidem 23. q. 1. cap. qui sincera, dist. 46. & cap. sicut, de Judæis perpenduntur, & illustrantur.
- 7 D. Gregor. qualiter aliquos Prælatos monerit, & reprehenderit, qui Judæos etiam Christianis contumeliosos, puniebant, & Fidem profiteri cogebant.
- 8 Cap. de Judæis 45. dist. & alia Conciliorum decreta, que Judæos invito baptizari vetant commemorantur.
- 9 Conversionem, sive receptionem Fidei per vim extortam damnatam, & illicitam esse, plurimi Auctores tradunt, qui recententur.
- 10 Vocationibus divinis parere, aut non parere, Deus in nostra voluntate reliquit.
- 11 Velle credere est munus animæ, & ad id nemo cogi potest, nec debet.
- 12 Homo cetera potest nollens, credere non nisi volens, proverbialis sententia D. Augustini.
- 13 Religio imperari non potest, quia voluntaria esse debet, & nemo cogitur, ut credat invito, ex Lactant. Casiod. & aliis.
- 14 Fides suadenda est, non imperanda ex Div. Bernard. Athanas. Ambros. & Chrisost.
- 15 Psalm. 33. vers. 12. exponitur.
- 16 Militis voluntarios vult Deus.
- 17 Nemo potest venire ad Fidem, nisi Deus traxerit eum, Joan. 6.
- 18 Fides ratione naturali non est demonstrabilis, & requirit spontaneam voluntatem divinius per gratiam motam.
- 19 D. Paul. ad Galat. 4. dum inquit, eos, qui ad novam legem pertinent, filios liberæ esse, qualiter accipiatur.
- 20 Liberum arbitrium Deus hominibus dedit, & in eo ipsorum conversionem, vel damnationem reliquit.
- 21 Amicus nemo invito fieri debet.
- 22 Victimam involuntariam, vel reluctantem à sacrificiis rejiciebant Romani.

Fi.

- 23 Filii parvuli Judæorum, & aliorum infidelium, etiam nobis subditorum, invito parentibus, baptizari non debent. Et quare.
- 24 Auctores plurimi ex Theologis, & Juristis recententur, qui indistinctè venient, filios parvulos infidelium, invito parentibus baptizari non debere.
- 25 Ecclesia nunquam consuevit, parvulos infidelium, parentibus invito, baptizare.
- 26 Julius III. specialiter sanxit, ne parvuli infidelium à parentibus auferrentur, vel eis invito baptizarentur.
- 27 Infideles secundum certiorum, & communionem opinionem habent jura, & effectus patrie potestatis.
- 28 Filii familiaris ex lege duodecim tab. sacra, & religionem parentum sequi debebant.
- 29 Filii sub patrie potestate constituti, cur in sacris parentis esse dicentur.
- 30 Pater filio venerandum quoddam simulacrum videri debet.
- 31 Matres non habent filios in potestate.
- 32 Pater infidelis, si moriatur an possit ejus filius parvulus baptizari, invito matre, vel invito tutoribus, & quid si adit avus paternus.
- 33 Filii parvuli Judæorum, ubi parentes longè ab eis absunt, bene possunt citra eorum voluntatem baptizari.
- 34 Filii parvuli servorum nostrorum an parentibus invito baptizari possint.
- 35 Concilium Toletanum 17. cap. 8. agens de baptismo parvulorum ex nostris serois vel ancillis natorum, expenditur.
- 36 Filios parvulos servorum nostrorum an liceat alienare, ut sint Christiani, remissive.
- 37 Filii infidelium mentis capaces bene possunt, si ipsi velint, invito parentibus baptizari.
- 38 Mater si fidelis sit, & pater infidelis, sufficit consensus matris, ut filius, etiam invito patre, baptizari possit.
- 39 Filii parvuli hereticorum, vel in extremo vite periculo constituti, bene possunt invito parentibus baptizari.
- 40 Baptismus, licet parvulis infidelium parentibus invito conferri non debeat, semel tamen collatus valet, & tenet, & amplius parentibus tradendi non sunt.
- 41 Multa facta tenent, que ab initio fieri prohibentur.
- 42 Infideles, qui ipsi baptizari nolunt, an suaderi possint, ut filios suos offerant baptizandos.
- 43 Ecclesia nunquam videtur concessisse fidelibus potestatem cogendi infideles ad Fidem, aut eos propter Fidem debellandi.
- 44 D. Paul. 1. Corinth. 5. & ad Thessal. 4. de his qui foris sunt, id est, infidelibus, judicare vetat.
- 45 Christi omnis actio nostra est institutio.
- 46 Apostoli, in quorum locum Predicatores succedunt, qualiter à Christo missi, ac instructi fuerint ad predicandum.
- 47 Evangelistarum loca de missione Apostolorum loquentia cum D. Hieronym. Ambros. & aliis explicantur.
- 48 Coactio infidelium ad Fidem, Christianæ religioni adversatur.
- 49 Cap. quid autem 5. distinct. explicatur.
- 50 Predicationem, que minis, & verberibus fit, novam & inauditam vocat D. Gregorius.
- 51 Predicatores, qui non procedunt more, mansuetudine, & humilitate Apostolorum qualiter reprehendant D. Chrysostom. & Ambros.
- 52 Apostoli non cogendo, sed docendo, non terrendo, sed patienti Ecclesiam plantarunt, & dilatantur.
- 53 Martyrum sanguinis, & Sanctorum patientia, & afflictiones Ecclesiæ Dei semina fuerunt.
- 54 D. Petrus qualiter miserit Martiale, & socios ad predicandum in Germaniam, & D. Gregorius Melitum, Augustinum, & Joannem in Angliam.
- 55 Angli in Fidei Catholicæ receptione, Hispanis, & Gallis re antiquiores contendantur.
- 56 Argumentum, quod sumitur ex actionibus, & exemplis Christi, vel Apostolorum, aut ex antiquo Ecclesiæ usu, & traditione urgentissimum est.

Tom. I. de Ind. jur.

- 57 Ecclesia nunquam reperitur, infideles nolentes per vim sibi subjecisse, vel ad Fidem cogisse.
- 58 Deum fuisse mutatum, aut aliam nunc formam predicationis, quam olim, exerceri velle, credendum non est.
- 59 Schedules aliquæ Regiæ expendantur, quibus jubetur, ut in predicatione, & conversione Indorum Apostolico more procedatur.
- 60 Fidem per metum armorum & terrorem inducere, & propagare, quamvis licitum esset, adhuc tamen his mediis uti non expedit.
- 61 Infideles, qui nihil de Fide audierunt, infidelitatem negativam inculpabilem habent.
- 62 Scandala maxima ex bellis, ratione Fidei suscipiende illatis orientur.
- 63 Scandali vitandi ratione, plura excusari debent, que alioqui legitime fierent.
- 64 Princeps non punitur, ubi timetur de scandalo.
- 65 Excommunicandus alius excommunicari non debet, si de scandalo timeatur.
- 66 Ritus infidelium aliquando tolerat Ecclesia, majoris mali, vel scandali vitandi causa.
- 67 Fidei predicationi, & suasioni nihil magis offere potest, quam bellum, & violentia.
- 68 Christi legem amittentes caritate niti debent.
- 69 Caritas post secula foras mittit timorem.
- 70 Indi, & alii infideles, Christi legem odio habebant, & blasphemabant, & apostatabant, si viderent predicari, & introduci.
- 71 Indi Novæ Hispaniæ exosum habuerunt nomen Christianorum, propter damna, que ab aliquibus eorum acceperant.
- 72 Matrimonia coacta difficiles exitus generare solent.
- 73 Fidem qui simulant, cum eam verè non receperint, immane sacrilegium admittunt, & qui eos ad id compellant.
- 74 Christi lex, & Fides, in mansuetudine, & suavitate predicationis, differt à lege Mahometi.
- 75 Fides Catholica, sola mansuetudine, & veritatis energia vicit mundum.
- 76 Fides nostra, quia in aliquibus Indiarum partibus more Apostolico predicata non fuit, plura mala contigerunt, & Hispani ab exteris notati sunt.
- 77 B. Fr. Michael Benavides Archiepiscopus de Manila qualiter doleret de modo conversionis Indorum.
- 78 Verba D. Vincentii circa differentiam evangelicæ legis, & Mahometi.
- 79 Deus semper ubi Fidem suam propagari voluit, media, & tempora pacifica eligit.
- 80 Pax summa erat in toto Orbe tempore Nativitatis Christi, & ad hoc Prophetiæ aliquæ Osæ, Michæ, & Isaiæ expenduntur.
- 81 Jani templum clausum fuit tempore Nativitatis Christi, quod non nisi in summa pace claudi solebat.
- 82 Virgili carmina de templo Jani claudendo illustrantur.
- 83 Pacis descriptio ab Isaiâ tradita de gladiis, & lanceis in vomeres, & falces conversis elegantissima est, & aliis locis similibus exornatur.
- 84 Martialis epig. 34. lib. 14. cui titulus, Falx ex ense, explicatur.
- 85 Evangelii lex homines non ad bellum & sanguinis effusionem inflammat, sed potius ad pacem adducit.
- 86 Arnobii elegans locus de suavitate legis Christi, & pace per illam in Orbem allata, perpenditur.
- 87 Zachariæ locus cap. 14. Quod super iterum equi est Sanctum Domino, explicatur.
- 88 Constantinus Magnus unum ex clavibus Crucis Christi in freno equi sui posuit.
- 89 Ingenia hominum melius suavi, & facili freno reguntur, ex Seneca.
- 90 Lex Christi maximam libertatem, & suavitatem in sui introductione requirit.
- 91 Vis, & metus multum minuunt de voluntario, imò consensum excludunt.
- 92 Fidei in propagatione, qui se plus vi, & armis, quam suavitate, & patientia profuturos putant, graviter errant.
- 93 Infidelibus ut ad Fidem alliciantur, blandiendum, non

Na 2

i427